

K.435,16.

XAS80974

B.M.

Π<sup>m</sup>  
872

DECANI FACULTATIS MEDICÆ

GEORGII WOLFF-

GANGI WEDELII,

MEDIC. DOCTORIS, COMITIS PA-  
LATINI CÆSAREI, THEORETICES PRO-  
FESSORIS ORDINARII, CONSILIARI ET ARCHIATRI  
DVICALIS SAXONICI,

PROPEMPTICVM INAVGVRALE

De  
NVMMIS PILEATIS.



# Axima hodie in exquirendis num-

**M**is antiquis visitur industria, ut certatim quasi gaza illa, tanquam reliquiae majestatis imperii Romani non minus quam Græcorum, & colligantur, & exerceant ingenia industria. Viva est hæc historia antiquæ gentis & sapientiæ, quæ exhausta nondum est omnis, sed admittit quædam spicilegia a vasta illa messe, quæ duobus hisce seculis, imo nostro hocce maxime facta est.

Nos quoque interstrepere ausi, ab utili æstimantes & jucundo hæc studia, visis quibusdam classibus illorum generum, de πλοφεγισ seu P. I. LEATIS in præsentiarum brevibus agemus. Enimvero occurunt etiam pilei in nummis, tam antiquis quam modernis illorum exemplo, & capite gestati, & manu detenti, & seorsim expressi, ut alias pileati dicuntur pileo obtecti capite.

Fuit hoc capitinis tegmen antiquissimum, non solum Persis, Parthis, Dacis, alijsque, sed & Græcis & Romanis usitatum. Testantur id nummi pileati nostri confirmant statuæ, quamvis non ita frequentes occurrant, concinit historica fides. Non audiendus hinc V. F. Plempius, quilibr. de roga-  
tor. ualda c. 2. n. 31. p. 45. quod ad veteres attinet, inquit, vel Græcos vel Romanos, ii hoc capitinis integumento, quod vulgo pileum vocamus, plerumque usi non fuerunt, sed nudo fuerunt capite, vel veste caput velabant. Nam nulli in veteribus Romanorum statuis, nulli in æneis quoque nummis pilei visuntur.

De Græcis sufficit vel unum Aſrai præceptum utilissimum l. 2. oper. v. 543. ΗΕΦΑΙ ΗΦΙ Δ' ὑπερθεν πῖλον ἔχειν ἀσκητον, ήν' ςατα μη καταδεύη, supra caput vero pileum bibero elaboratum, ut aures ne bumeſiant. Alexandrum Magnum petasum in conventibus gestasse in capite, scribit Albenew l. 12. c. 8. Tarquinium usum pileo, Livius l. 1. c. 34. autor est, de Augusto, Nerone & aliis mox videbimus.

Non obstat vero, in nummis antiquis, gemmis & statuis ordinarie magis nudo vel saltum non operto capite exhiberi icones Imperatorum aliorumque quod ibi nativa magis forma & facie visendi sint. Rarissimi & hodierno seculo sunt nummi pileati recentiores, nemo tamen inferat inde, non in usu esse pileas. Quod vulgatissimum est, id fore omni seculo minus scriptis celebratum, sed suppositum potius, & frustaneum, ut scriberetur.

Hinc & τὸ ἐφέβων φόρμα gestamen epheborum Hesychio audit pileus;  
Ut hi, ita nec reliquæ aetates turpe putarunt, pileolum nitidis imposuisse,  
comis, quod in arte amandi magister l.i.v.735.canit. Et quod a Caligula a-  
pud Dionem l.59.p.749.refertur concessus usus pileorum Thessalicorum in  
theatris, ἵνα μὴ τῇ θεάτρῳ ταλαιπορῶντας, ne solis ardore laborarent, id non tam  
intelligendum, quod nullus fuerit usus antea pileorum, quam quod vel a  
tyranno prohibitus, vel non hujus moris & formæ usitati.

Non minus ac alia vestium & integumentorum genera pileorum pu-  
tanda est emicuisse inventio, ob necessitatem, ob commoditatem, ne di-  
cam decorem, unde id de tam cultis populis ne suspicandum quidem est,  
tam negligentes fuisse sanitatis & incurios, plerumque nudo capite ingres-  
tos, quamvis de Hannibale, Catone, aliisque id asseratur a quibusdam,,  
quibus id liberum fuit facere, vel omittere, nimis domi, quod & nos  
vulgo facimus.

Valet enim id saltim & intelligendum est ad naturæ ductum, ut trans-  
piratio libera sit, non impediatur, nec intemperies augeatur calidiori aere.  
Eo sensu & Celsus explicandus, qui pileum damnare, nuditatem vero capitum  
commendare videtur interpretibus, quando l.i.c. 4. cui caput infirmum est,  
ait, is nunquam id, (si fieri potest,) veste velare, aut ad cutem tonderi debet;  
ipsa refragante natura, quæ pilos integumenti loco dedit, & Hippocrate pi-  
leato. Vid. Hier. Tiber. in b.l. p.40.

Non videas vero vel in nummis vel alias sequiori sexui impositos  
vel usitatatos fuisse pileos. Quamvis enim, aversa cum primis nummorum  
facie, figuræ stantes libertatis typo in manu tenere visantur pileum, idem  
tamen in capite non observaveris. Hinc quando Philosophus l.5. de Gener.  
animal.c.5. σκηνασμένας Τείχας τοῖς π' λοις ἡ καλύμμασι, capillos intactis pileis seu  
velamentis citius canescere notat, nil aliud innuere videtur, quam utriusque  
sexus distincta integumenta. Confer 1.Cor. ii. v.6.7. 10. Ita Servius ad l.9. A.E.  
neid: pilea virorum sunt, mitræ fœminarum, quas calanticas dicunt, quod  
ipsum & prædominium & ξεχήν quandam virili sexui fœneratur, & in num-  
mis attendendum.

Quod si materiam visamus, uniformis fere fuerit pileorum, non una  
eademque forma etiam in nummis. Pileum quidem sunt qui tegmen ca-  
pitum dicunt, a pilis, sive quod ex pilis fieri soleret, sive quod pilos capitis te-  
geret; rectius vero δύο ταῦ πλεῖν, quod cogere & densare est, ut innuatur pi-  
leus ex lana coactili densatus, quod in hunc usque diem obtinet & frequen-  
tatur apud Europæos. Vti vero magis & minus non variant æque speci-  
em alias; ita & hic fere usu venit. Siquidem pileus tam generis loco ca-

pitur, quam pro petaſo, a πετάννῳ pando, extendo, dicto, etiam non raro ipſo.

Sic quando Dioscorides l. 2. c. 128. fabræ Ægyptiæ tribuit Φύλαν μέγαν πέτανον, folium magnum ut petasum, id Theophrastus effert μεγέθην τηλωνίαν, magnitudine pilei Thessalici l. 4. Hist. Plant. c. 10. p. 87. Ita vero audit petasus quoque, ut aterum discriminem pilei Lacedæmoniorum nomine quibusdam status capillus sub imo pilei umbraculo appareat; cum tamen alias petasus tribuatur eidem. Augustus domi petasatus, id est pileatus, fuisse scribitur Suetonio, c. 82. ubi videatur Beronaldus. Nero post crepusculum arrepto pileo vel galero in popinas ingressus ibid. c. 26. ideoque ſæpe confusi leguntur pileus & petasus, non ſolum in itinere usurpatus. zon Alias triplex potissimum pilei forma e nummis emicat, una qualis est pilei dormitorii, ut Plinius loco cit. & Seler. l. de pileo p. 167. vocat, vel nautici, ut idem prior, & Rewardus de autoritate prudente. c. 7. p. 82. scribit, seu quali in oris maritimis hoc tempore vntuntur nautæ, argumento Briti illius nummi, cuius iconem ſiftimus, & Antonini mox laudandi. Altera species est subrotunda superiori tegmine seu apice, qualis est Caſtoris & Pollucis in nummo familiæ Cordiæ, non bene expressus ab aliis. Egregium alium obtinemus M. Agrippæ, cum S. C. & statua virili pileata, non fastigiata figura, ſed rotunda, cum margine tamen quoque. Tertia dici potest fastigiata, ſeu majori fastigio gaudens, & margine signata magis, vnde & πλήματα πυργata, turriti & fastigiati pilei vocati, qualis est in nummo Trajani exhibitus in iconе. Tacemus Cn. Planci illum, quem & nos obtinemus, apud Patinum depictum fol. 212, familiæ Rom. qui latius ex porrectum umbonem ſupra caput repræsentat.

Omnis in eo conveniunt, quod cavitate sua excipient caput, idque superingrediantur quoad dimidium hemisphæriū. Confirmat formam illam & Hippocrates, qui κυρπασίαν, ſeu ſpeciem talem pilei, ſine dubio marginati, ad mammam, ὄξοταν τεχνιδοταν, ſi dolore laboret, recondendam, ex linteis confutam commendat l. 2. de morb. mul. c. 66. r. 5. qui locus illustrat τὸ τεχνιδοταν Aristotelis laudatum l. 7. Hist. an. c. 41. & ita legendum ibidem ſugget. Conſimilem in modum & hodienum pileoli argentei, (ne de vitreis dicamus,) ad exulceratas mammarum papillas adhibentur, quo de vid. Sculpsit. armament. tab. 13. n. 8.

Fallor, an galerus differentiam fortius est quoad materiam quoque aliquando, neque ſemper ex lana coacta confectus fuerit, ſed & alia varia. Ita Virgil. l. 7. Aeneid. canit, fulvoque lupi de pelle galeros regmen habet capiti;

quamvis & rotundum illum magis fuisse alii rectius velint, ad galeas similitudinem, alii cum petaso eundem faciant.

Vna vero ratum est & ex nummis aliis nationibus præ aliis familiæ res fuisse pileos. Ita in laudato nummo Trajani sicutur figura modesta scuto insidens, coram trophæo armorum Germanicorum, ut quidem non incongrue expõnit Mediebarbus fol. 156. adeoque Germania liberi populi videas pileum tunc temporis usitatum, nisi Dacicum malis, ut hono- ratiores Dacorum pileatos, vitiiores comatos fuisse notat *Salmasius in Plinius*, p. 392. Pro priori vero opinione addi potest, Daciæ captæ alios ejusdem signatos nummos extare, ut de utrisque potius triumphum potuisse referre videatur.

Formam illam diversam triplicem & hodie usitatam emicare constat, quamvis non uno loco, nec omnibus promiscue. Optime Pierius l. 40. ble- roglyph. c. 12. p. 499. Non negarim ramen, inquit, in aliquot monumentis, ubi signa majora sunt, extremum pilei marginem paululum sursum versus inflent, ut in statuis aliquot observavimus, præsertim Mercurii, sed & nu- mismata pleraque eam penè speciem ostendunt. Variatum autem apud has & illas nationes, ut alii marginem dilatarint, tam pluviis amoliendis, quam sereno umbris captandis: alii eavam partem presserint, alii alte su- stulerint, eamque acuminatam, alii produixerint, alii planam esse ma- duerint.

Sed visamus & lemmata & signa alia pileorum charactere declarata. Præcipuum signum pilei sunt libertatis. Patet id ex nummis pluribus, & tantum non omnibus, qui hac inscriptione Libertatis, vel Libertatis publi- ca, notati visuntur, dextra pileum, sinistra hastam, in aliquibus cornu co- piæ, in aliis corollam exhibentes, quales sunt Claudi, Galbae, Vitellii, Ner- eva, Hadriani, Antonini Pii, Gordiani, & aliorum. Hinc proverbium, ad pileum vocare, id est, ad libertatem, de servis dictum, apud Livium, l. 24. c. 16. Senecam epist. 47. Persium sat. 5. hæc mera libertas ho nobis pilea donant. Conff. Taubmann. ad Amphitr. Plauti act. 2. sc. 3. p. 35. ubi idem confirmatur, Rævard. l. c. Soterium & alios passim.

Et hæc causa est, quare nummus Brutii cum pileo inter duos pugio- nes sit excusus, ad denotandam patriam in libertatem vindicatam, quod de eo claris verbis affirmit Dio l. 47. p. 389. Imo & hodiendum id obtinet.

Vt alia exempla taceamus, meretur laudari imperialis pileatus in Belgio 1682. cufus: MO. NO. ARGENT. ORDIN. TRAI. ubi aversa parte extat figura stans, dextra lanceam tenens, cuius apici pileus impositus, cum inscriptione: HAC NITIMVR. HANC TVEMVR. Alter item

JACOBUS DE PROUST

tus



(6.)  
FLOR. enus ARG. enteus ORD. inum GRON. landiz ET OMLAN. diz,  
vna parte insignia, altera imaginem viri capite pileato, dextra ensim ge-  
stantis exhibet, cum inscriptione: BELGICA LIBERTAS AVRO PRE-  
TIOSIOR OMNI, 1674.

Signum sunt quoque & symbolum magisterii, ut vocant, seu conditio-  
nis non vnius. Symbolum sacerdotii, flamines enim pileo tali cum apice  
vtebantur, albogalerum vocant, qui hinc inter signa Pontificalia refer-  
tur, & cum primis in nummis Iulii Cæsaris, qui elefantem incusum ha-  
bent, visitur. Ita regibus diadema, Imperatoribus paludamentum, Pon-  
tificibus galerum, auguribus lituum assignat Apuleius apolog. l. p. 144. In no-  
strorum aliquo, vbi melius expressus est, manifesto apparent tres partes  
pilei hujus, basis, superius huic apex impositus pileiformis, inferius vero  
dux ligulae.

Idem in sacris ludorum genuinis quoque obtinuit, quo de, præteri-  
psos fontes, Iosephus legi potest, qui l. 3. antiq. Iud. c. 8. p. m. 84. describit primum  
Sacerdotum, hinc & Pontificis pileum. De illo refert: ὑπερ τῆς καλῆς Φο-  
ρεῖ μὲν ἄκανθον, super caput aurem gestat pileum non fastigiatum; quem pluri-  
cerdotibus. Subdit vero: ὑπερ αὐτὸν ἡ συνέργματον ἐπεργέτης εἰς υακίνθι-  
νον λαμένον, super illum autem extabat aliis consutiliis ex hyacintho variatus,  
quem secundum omnem pompam vterius describit.

Symbolum porro & signaculum præbet pileus Mercurii, cum petaso a-  
lato, itidem in nummis, cum caduceo pone. Vid. Vallani numism. et. Imp.  
fol. 134., quo fama volans & celeritas itinerantis nuntii innuitur. Imo  
vero & Vulcani, quo de Oisellus legi meretur, obesaur. numism. vbi ex Arnobio,  
Epiſtero &c. loca citat. Symbolum nobilitatis, cum primis apud Lacones,  
vnde & Castor ac Pollux, pileati fratres apud Catullum epigr. 35. p. m. 19. dicti,  
frequentissime in nummis occurrunt, hoc ipso signo & asteriscis superpo-  
sitis dignoscendi. Et horum tamen pilei non sunt vniusmodi, minus re-  
spective fastigiati, qualem sculptum damus, & magis longe, quales & possi-  
demus itidem, & apud Patinum in familia Junia sculpti, & alibi videri pos-  
sunt, decurrentes in equis.

Et hi vero genere fuere Lacones, frustra verorum ovorum putatis di-  
midiatis operculis, cui & margo pilei contradicit in priori specie, & fasti-  
giūm in altera. Ex eadem causa & Ulysses pileatus in nummis visitur, cum  
effigie canis quo agnoscitur, qualem Parinus habet in Mamiliæ gentis num-  
mop. 163. & Nicomachus pictor primus eidem addidisse pileum scribitur a-  
pud Plinium l. 35. c. 10. Sive id itidem factum sit, quod ob Penelopen La-



dix,

ge-  
PRE.

ditio-  
apice  
refer-  
n ha-  
Pon-  
in no-  
partes  
s vero

rimum  
ns Ph-  
pluri-  
bus sa-  
ianus  
ariatus  
social  
tafo a-  
er. Imp.  
Imo  
arnobie,  
acones,  
g. dicti,  
uperpo-  
inus re-  
& possi-  
deri pos-  
tatis di-  
& fasti-  
ur, cum  
tis num-  
ribitur a-  
pen La-

85 (7.)

cænam civitate donatus & Spartanæ nobilitati insertus fuerit; vid. Wild. Sel. numism p. 60. sive obitinera, quæ obiit plurima peregrinatus, & nominis gloriam.

Adeoque & ultimo Pileus est nota dignitatis & honoris, tum alio nomine, cuius rei & in facris extant vestigia Ezech. 21. 26, tum in primis apud medicos. Sic Aesculapius in nummis habetur pileatus, cum pileo superiore parte lato & rotundo, partim in aliis, quos hic laudare non spatium est, partim in nummo Pescennii Nigerii, qualem argenteum habemus, depictum in ære a B. Velschio t. de Ven. Medin. p. 89. non tam quod ad corporis sanitatem conferat, quam dicti characteris ergo. Tacemus ipsum divinum senem, Hippocratem, umbellam item in herbis quoque pilei nomen meritam, & similia plura. Ad pileum enim hunc meritum vocandus est Clarissimus & dignissimus Artis Candidatus.

JOHANNES LUDOVICVS Müller / NORTHVSA CHERVSCVS. Editus est hanc in lucem NORTHVSE Anno M DC LXIX. Patre Viro Magnifico & Excellentissimo, PETRO MÜLLERO, JCto & ante paucos annos in hac Academia Antecessore, Consiliario Saxonico, Juridicæ Facultatis Seniore, Curiae Provincialis, & Scabinatus Assessore celeberrimo, hodie vero Cancellario Ruthenico, Consistorii quod Geræ est Præfide, & Gymnasii Inspectore Primario, Compatre & Amico nostro oculissimo; Matre MAGDALENA PAVLANDINA, Viri Spectatissimi MARTINI PAVLANDI, Consulis Reipubl. Imperialis Liberæ Northusanæ Primarii p.m. Filia.

Ab his Parentibus suavissimis a teneris pietatis liberaliumque artium fundamentis imbuendus traditus est Præceptoribus domesticis, quos integrata memoria veneratur M. DAVIDEM WENDLERVM, Rectorem scholæ Neostadiensis ad Orlam meritissimum, nec non M. KRÜGERVM, Rectorem Lobensteinensem.

Horum sub auspiciis adultior paulo factus, sedulæ Amplissimorum & Clarissimorum Virorum concreditus est informationi, & primo quidem in Gymnasio Gerano M. JOHANNIS FRIDERICI KOEBERI, Rectoris, & M. JOHANNIS WENDLERI, Conrectoris, postea Concionatoris Aulici p. m. Hac manu ductione per triennium feliciter usus, infasto illo funestoque urbis incendio afflictus, nutu Parentis, Gymnasium adiit Citizense, auditum M. CHRISTOPHORVM CELLARIVM Rectorem t. t. nunc Academiz Hallensis Professorem famigeratissimum, & M. KOEBERVM Conrectorem, illumque paulo post etiam Martisburgum secutus per triennium habuit Doctorem.

Jactis sic primæ eruditionis fundamentis & ad altiora rite præmunitus



AK Tm 879  
(8.)

tus Academiam hanc accessit Anno c<sup>lo</sup> I<sup>o</sup>c LXXXIX. d. XIX. Augusti ea intentione, vt in Philosophico & Medico studio, sub ductu Excellentissimorum virorum, progressus laude dignos, facere. Hinc in Physicis CASPARI POSNERVM, Physices Professorem, quem de Generatione Hominis & formatione pulli ex ovo eruditissime differentem audivit, vt & JOHANNIS ANDREÆ SCHMIDII, S.S.Theolog. Licentiati, ejusdemq; Professoris Helmstadiensis designati, informationem in Logicis Metaphysicis ceterisque disciplinis summe deprædicat; in Mathematicis GEORGIVM ALBERTVM HAMBERGERVM, Mathematum Professorem Extraordinarium, sedulo frequentavit.

Seorsim in medico foro Proceres veneratus est omnes & singulos D. RUDOLFVM GUILIELMVM CRAVISVM, Phil. & Medic. Doctorem, Chim. & Praxeos Professorem Publ. Seniorem nostræ Facultatis, publicos Pathologico Therapeuticos discursus habentem, sectatus.

In Anatomicis, Botanicis & Chirurgicis, præmatura morte sublato D. AVGUSTINO HENRICO FASCHIO, se dedidit D. GUNTHERO CHRISTOPHORO SCHELHAMMERO, Archiatro Cimbrico & Medicinæ Professori in Academia Chiloniensi primario, cuius exercitiis tam publicis quam privatis assidue interfuit, viditque octo cadavera utriusque sexus prosecantem, privatim quoque Exercitia anatomica in brutis ab ipso instituta non neglexit, Botanicarum demonstrationum, seu in Horto Medico, seu in montibus & sylvis instituerentur, comes individuus.

Cumque par sit & nostrum addere testimonium, modestiæ, eruditioñis, virtutum, quibus examissim paterna legit vestigia, secutus est præeuntem, audivit prælegentem, adiit & comitatus est docentem in omni artis genere. Jecit laudabiliter fundamenta in theoria, vt potestum summe necessaria & reliquorum profectuum basi, formatum ingenium ad praxin, cognitionem materiæ medicæ, exercitium præscribendarum formularum, ἐγχειρίσεως Chimicas, aliaque. Publico etiam specimine profectuum suorum edito inclaruit, Dissertationem XIV. Patholog. Med. Dogmat. sub nostro Præfido magna cum laude defendens.

Ita perfectis & maturatis probe studiis, jussu Magnifici Parentis, numerop nomen professus inter Candidatos, ex merito benevole admissus, in omnibus satisfecit plenissime. Quare cum ad D: II. Aug. habiturus sit, volente Deo, Dissertationem Inauguralem De MORBIS TARTAREIS, me Præside, Magnificum Rectorem, Magnificum Rectorem Designatum, Reipublicæ literariæ Senatores & Proceres, Hospites & artis fautores honoratissimos, per officiose & amice invito & rogo, dignentur collegæ desideratissimo testari affectum ejusque & Candidati nostri honori benenevola sua præsentia etiam hac in panegyri velificari. P. P. Jenæ M DC XCV.  
D. XXIX, Jul, sub Sigillo Facultatis.




**Kodak**

LICENSED PRODUCT

Black

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**



**Nexquirendum**  
tria, ut certatim quasi gazz illaz,  
atis imperii Romani non minus  
antur, & exerceant ingenia illu-  
toria antiquæ gentis & sapientiaz,  
mittit quædam spicilegia a vasta  
nostro hocce maxime facta est.  
utili æstimantes & jucundo hac  
generum, de πλοφερισ seu Pi-  
as. Enimvero occurunt etiam pi-  
lernis illorum exemplo, & capite  
i, vt alias pileati dicuntur pileo

mum, non solum Persis, Parthis,  
vstatum. Testantur id nummi  
is non ita frequentes occurant,  
is hinc V.F.Plempius, qui libr. de roga-  
teres attinet, inquit, vel Græcos vel  
od vulgo pileum vocamus, plerum-  
apite, vel veste caput velabant.  
uis, nulli in ænis quoque num-

præceptum utilissimum l.2 oper. v.  
ov, iv' ἥατα μη καλαδεύη, supra caput  
umeiant. Alexandrum Magnum  
e, scribit Aribenew l.12 c. 8. Tarqui-  
est, de Augusto, Nerone & aliis

iquis, germis & statuis ordinarie  
exhiberi icones Imperatorum a-  
& facie visendi sint. Rarissimi &  
ntiores, nemo tamen inferat inde,  
num est, id fore omni seculo minus  
is, & frustraneum, vt scriberetur.